

pta ab eo qui non habet auctoritatem creandi notarios. Hoc casu matricula non facit præsumptionem pro ipso descripto. Ita procedit secunda opinio. Est enim res hæc inter alios acta, & ideo non facit præsumptionem, sed suspicionem quandam, ut scribit Alc. in d. præsumpt. 17. ex aliquorum traditione in l. 2. C. de edend. Hinc infert Alc. in d. præsumpt. 17. in fin. quod quamvis Notarij in aliqua civitate habeant collegium, & notariorum matriculam, non tamen matricula illa probat aliquem esse Notarium, ex quo collegium illud caret auctoritate creandi Notarios, cum ea sit facultas soli principi reservata, ut scribunt Inn. in c. cum P. Tabellio, de fid. instrum. & Bart. in l. nec ei. ff. de adopt. Quod intelligo, nisi ipse Princeps illi collegio facultatem contulisset creandi Notarios, quemadmodum fecit concessam collegio Notariorum Papiæ.

Declaratur secundo, ut non habeat locum, quando aliquis gessit se pro Notario satis multo tempore, scilicet te, & patiente Principe, qui Notarios eo in loco creare solet. Hoc sanè in casu præsumitur, quod Notarius sit, & ab illo Principe creatus. Ita Butr. in d. cap. de fide instrum. Iaf. in l. qui in aliena, num. 160. ff. de acq. hare. & eruditif. Cardinalis Albanus in Lucubratis ad Bart. in lect. l. Barbarius, num. 5. ff. de offic. prætor. & conferit que scripta supra in 7. præsumpt. in tertio casu. Secus vero, quando is Princeps non habet facultatem creandi Notarios. Ita Ruin. in consil. 15. num. 7. lib. 2. simile est, quod dicimus, tutorem, & curatorem præsumi eum, qui diu pro tali se gessit. Soc. Sen. in consil. 153. col. 2. libro 2. & Crauet. in tract. de antiqu. in prima particula tertiae partis principalis, num. 37. qui quidem Crauet. idem de testamento exequutore scriptis, ex sententia Calcanei in consil. 8. col. 4. & idem scripserunt Bal. in l. 1. C. de reb. alie. non alien. & Felyn. in consil. 2. num. 22. idem est in eo, qui pro notario diu se gessit, ut dicam infra libro 6. præsumptio. 76.

Declaratur tertio non procedere, quando ex remota regione allatum fuit instrumentum habens debitam formam publicam, nec aliquid vitium in eo apparet, & nemo contradicit. Nam & tunc præsumitur Notarius, qui illud confecit, & ideo illi instrumento adhibetur fides. Ita Abb. in d. cap. 1. versic. vnum, de fide instr. & ibid. Dec. num. 19. qui declarat. Ceterum Crau. in c. 160. num. 2. scripsit, quod si nemo contradicit ab aliquo adminiculo præsumitur ille Notarius.

Declaratur quarto, ut instrumentum antiquum excedens centum annorum, dicatur conscriptum à Notario, si que præsumatur talis, ita assumunt Bald. in Auth. quas actiones, col. vlt. C. de sacros. Eccl. Alex. in consil. 101. col. 3. lib. 7. Soc. Sen. in consil. 187. col. 3. lib. 2. Iaf. in l. Barb. num. 66. ff. de offic. prætor. Dec. in consil. 36. num. 11. & in c. 1. num. 25. versic. quidquid tamen sit, de fid. instrum. Aff. in dec. 251. in fin. Capel. Tholos. in q. 330. in fin. & alios nonnullos refert, & sequitur Crauet. in consil. 374. in fin. Idem scripsit Did. in libro practic. quæst. cap. 21. num. 6. versic. secundus casus. Et his constat hanc esse receptam opinionem, et si idem Crauet. in tract. de antiqu. tempor. in 1. par. 4. par. princ. n. 3. & nu. 7. senserit, requiri aliquid aliud adminiculum, præter ipsam temporis antiquitatem.

Declaratur quinto ut locum non habeat, quando hic, qui asseritur Notarius, fuit in quasi possessione aliquot annos, & multos actus Notario convenientes confecit, ut quia recepit multa instrumenta. Hoc etiam casu præsumitur Notarius, tamen si quasi possessio non est multum antiqua. Ita Bal. in consil. 118. quia plenissime, col. 2. lib. 3. & in l. 2. num. 11. Co. de sent. & interlo. omn. iud. Requiritur tamen hoc in casu, quod plura instrumenta, vel actus publicos receperit nec sufficiant duo, vel tres. Ita Ang. in consil. 140. col. 1. Fel. in dic. capit. 1.

num. 18. de fide instr. Boer. in quæst. 36. num. 11. & Aff. in decif. 251. num. 2. & scripsi in lib. 2. de arbit. iud. casu 161. num. 2. & Mascard. in concl. 1093. num. 7. & 8. & num. 21. & num. 26. & prædicti declarant, non procedere, quando esset contentio inter Notarium, & alium super titulo ipso principali. Notarius. Nam tunc quasi possessio non sufficit ad probandum ipsum titulum. Et hoc in casu sic possunt declarari statutum Bononiæ supra allegatum. Sed si Notarius, & statutum Patavinum Rubr. de citationibus. S. quod quis sit Tabellio.

Declaratur sexto, ut locum non habeat, quando in instrumento ex alio loco allato, extant literæ testimoniales, quod is, qui recepit illud instrumentum, est publicus Notarius. Hoc sanè casu præsumitur ita esse, & ei fides adhibetur. Ita Imol. dic. cap. 1. de fide instrum. & ibidem Fel. num. 18. Et vsu adeo ita comprobatur hodie videmus, ut dubitandum non sit, tamen si Dec. in d. cap. 1. num. 19. scripserit iure non probari. Hanc quoque declarationem probarunt Boer. in quæst. 154. num. 4. & Mascard. in conclus. 1093. numer. 5. & 6. & 7. qui alia ad rem tradit.

Notarius an, & quando præsumatur iuste, & fideliter suum exercuisse officium.

S V M M A R I V M.

- 1 Notarij pro rectitudine, & peritia præsumendum esse.
2 Notarius cum de omnibus rogatus esse debeat, præsumitur omnia partium voluntate scripsisse.
3 Notarium aliquid ex suo capite scripsisse qui asserit durioribus afficitur probationibus.
4 Clausulam codicillarem, & alias in testamento, censetur Notarius voluntate testatoris apposuisse.
5 Notario asserenti in instrumento fideiussionis à muliere factæ, se eam de beneficio S. C. Velleiani certiorasse, creditur.
6 Item asserenti partes ita egisse, aut contraxisse, ex certa scientia, num. 6.
7 Vel quod dicta in una parte instrumenti sint repetita in alia, n. 7. Idem & de testibus, n. 8.
8 Item asserenti alios Notarios, qui secum instrumentum receperunt, rogatos fuisse, num. 9.
9 Atque etiam de sui ipsius proprio regim. n. 10.
10 Notario etiam idiota existente, semper tamen pro ipso est præsumptio.
11 Quamvis aliter scriptum sit, quam dictum, n. 12. si tamen scilicet corrigat, num. 14.
12 Nisi aliud esset malus, num. 13.
13 Notarij scriptura prævalet contradictioni testis in causa civili, & quandoque etiam in causa criminali, n. 16.
14 Notario de gestis coram se, non autem de gestis à se creditur.
15 Notario de mandato sibi factò non creditur.
16 Fallit quoad executionem ipsius commissionis, n. 19.
17 Vel quando ex stylo curiæ, adhiberi solet fides notario, numer. 20.
18 Notario non creditur, quando aliter scriptum reperitur in originali, quam in authentico. Neque extra iurisdictionem eius qui notarium creavit, n. 22.

P R A E S V M P T. LXXIX.

Diximus superiore præsumptione Notarium dici iudicem Cartularium, & propterea ad iudicis naturam proximè adeo accedit, ut quemadmodum pro rectitudine, & bonitate iudicis præsumitur, sicuti explicavimus sup. in præsum. 49. sic & pro Notarij rectitudine, & peritia præsumendum est, si quis Decurio. Co. de fall. cap. ad audientiam, de præsc. & docuit Bal. in l. Impe-

Imperator. l. lect. l. 1. vers. sed an poterit. ff. de stat. hem. Notarium posse corrigere errorem, quia ipse est auctor veritatis, & ideo pro eo præsumitur. Et Baldum secutus est Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsum. 13. sic & Paris. in consil. 88. n. 21. lib. 3. respondit, pro Notario magis præsumi, quam pro testib. & alios ad rem tradit Mascard. in concl. 1094. n. 1. & 2. Ita quoque dicimus præsumi Notarium esse sui officij peritum, gl. in § item si scriptum. in Inst. de inut. stip. Cor. in consil. 495. li. 1. Neu. in consil. 28. n. 19. & Soc. Jun. in consil. 101. n. 11. ver. præterea, lib. 1.

Hinc dicemus, quod cum Notarius ex suo capite nihil substantiale, vel accidentale scribere possit in instrumento, sed de omnibus debeat esse rogatus, præsumitur quod omnia scripta in ipso instrumento fuerint voluntate partium scripta. Ita Bal. in l. errore. C. de test. Cur. Sen. in consil. 50. col. 58. vers. dum autem ultimo loco, & plures retuli in d. consil. 37. nu. 131. Quocirca qui asserit, notarium aliquid ex suo capite scripsisse, durioribus probationibus afficitur, ut respondit Dec. in consil. 105. n. 4. Alc. in d. præsumpt. 13. n. 3. quos secutus sum in consil. 37. n. 134. in l. 2. de arbit. iud. cal. 105. & idem scripsit Mascard. in d. concl. 1094. n. 18.

Hinc intelligimus, veram esse sententiam illorum, qui dixerunt, clausulas scriptas in testamento, ut codicillarem, & similes, à notario conseri appositam voluntate ipsius testatoris, sic sanè aduersus Bar. in l. 1. n. 10. ff. de iure codic. affirmarunt tres, & viginti Doctores, quos enumeravi, & secutus sum in d. consil. 37. num. 131. & ibi n. 135. & 136. confutavi distinctionem Alciati, constituentis differentiam inter clausulas contractuum, & voluntatum voluntatum. Et quanquam in eodem consil. 37. n. 156. scripserim, multos secutos fuisse Bar. in d. l. 1. n. 10. de iure codic. nempe Barbatium, Socinum Sen. Decium, Bertrandum, Ripam, Curtium Iuniorum, Socin. Iun. Rubeum, & Grammaticum, attamen ibidem in col. vlt. scripsi communem opinionem esse aduersus Bartol. qua de re dicemus etiam infra lib. 4. in præf. 84. ubi agemus de hac clausula codicillari.

Ita quoque dicimus, præsumi pro notario, qui asseruit in instrumento fideiussionis factæ à muliere, se eam certiorasse de beneficio S. C. Velleiani. Ita communè esse opinionem testatur Alc. in d. præsumpt. 13. nu. 3. quam ego ipse secutus sum in d. consil. 37. n. 145. Sic pariter præsumitur, crediturque notario, qui asserenti partes ita egisse, & contraxisse, ex certa scientia, sicuti responderunt Iaf. in consil. 137. n. 5. lib. 4. Soc. Sen. in consil. 40. col. 4. lib. 1. & in consil. 244. col. 5. lib. 2. Dec. in consil. 408. nu. 4. & idem scripsit Alc. in d. præsumpt. 13. nu. 4. & accedunt alij, quos secutus sum in consil. 37. nu. 132. Ita pariter præsumitur pro notario, eique fides adhibetur, quod dicta in una parte instrumenti, sint repetita in alia parte, ut scripsi in l. 2. de arbit. iud. casu. 64. n. 5. Sic etiam creditur notario, cū in instrumento scripsit, testes fuisse specialiter vocatos, & rogatos, ut responderunt Ruin. in consil. 154. n. 7. li. 3. & Paris. in consil. 61. n. 3. lib. 3.

Ita quoque creditur notario, qui asserenti alios notarios, qui una secum ceperunt instrumentum, rogatos fuisse, ita affirmarunt Ruin. in consil. 13. n. 26. lib. 1. Boer. in q. 35. col. vlt. & Rol. in consil. 44. n. 42. li. 1.

Imo creditur etiam ipsi notario, si de suo proprio rogatus, quod si ipse fuerit rogatus recipere, & conscribere ipsum instrumentum, ut aliorum auctoritate respondit Paris. in consil. 104. nu. 72. lib. 1. & in consil. 27. nu. 12. & in consil. 28. num. 5. lib. 2.

Extenditur primò, ut locum habeat et si alias notarius esset persona idiota. Ita Alci. in d. præsumpt. 13. nu. 2. ex sententia Rom. in consil. 156. qui meo in codice hoc non scripsit.

Extenditur secundò ut locum non habeat hæc præsumptio, etiam si reperitur aliter scriptum, quam dictum.

Nam adhuc pro ipso notario præsumitur, quod si non falso, sed per errorem scripserit. Ita tradit Bart. in l. quoties. §. 1. n. 3. ff. de hered. inst. & in l. 6. librarius. ff. de reg. iur. Anch. in consil. 285. n. 3. Comens. in consil. 135. col. 2. versic. ceterum non obstantibus. Aret. in consil. 47. num. 3. Alex. in consil. 40. num. 4. lib. 1. Barbat. in consilio 39. col. 3. lib. 1. Dec. in d. l. librarius, in fin. in consil. 175. n. 5. Marlin. l. 1. num. 9. C. ad leg. Corn. de fals. & in consil. 77. num. 12. Boer. q. 15. n. 3. Gom. in § item, si quis in fraudem, n. 25. in fin. in Inst. de act. & Gram. in decif. 60. num. 7. Bossius in tractatu causarum criminalium, titul. de falsis, n. 56. & Mascard. in concl. 1094. nu. 17. latius in conclus. 640.

Hæc tamen extensio intelligitur, nisi Notarius iste alias fuisset malus. Nam tunc in eo potius præsumitur dolus, quam error, ut scripsit Bald. in dic. l. quoties. §. 1. ff. de hered. instit. Ita quoque dolus, in eo præsumitur, quado omisit adhibere solemnitates, quæ ab eo, & alijs, communiter solent adhiberi. Ita tradit Alciat. in dict. præsumpt. 13. num. 9. Prædicta tamen declarantur, quando Notarius statim correxit errorem, antequam instrumentum tradidit partibus. Ita Soc. Sen. in consil. 98. nu. 10. lib. 3.

Extenditur tertio, ut procedat etiam, quando testis examinatus in cā civili, contradiceret Notario, asserendo, se aliter deposuisse, & attestatum fuisse, quam fuerit scriptum. Nam adhuc pro notario præsumitur, & ideo prævalet eius scriptura contradictioni testis. Ita Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. sed pone, Abb. in c. cum causam, il. 1. & ibid. Fel. in fi. de testib. Idem Abb. in c. ad audientiam, n. 7. de præsc. Alex. in consil. 74. lib. 7. Alc. in d. præf. 13. in fi. Did. in lib. 2. varia. resol. c. 13. nu. 10. & idem ego ipse respondi in consil. 23. nu. 20. & alios refert Mascard. in d. concl. 1094. n. 7. Natta consil. 342. nu. 1. Qui quidem omnes intelligunt (ut diximus) in causis civile testis, secus in criminalibus, in quibus contradictio iure testis, fides notarij vacillare dicitur, nisi una cum notario adesset scriptoris testimonium, cui mandatum fuisse scribi attestations. Nam tunc etiam in causis criminalibus prævalet notarij assertio. Ita Alci. præcitato in loco, qui affirmat, ita obseruari in iudicijs vidisse, & idem affirmarunt Iulius Clarus in §. fin. q. 53. vers. tertius est casus. Burlat. in consil. 34. num. 13. lib. 1. qui testatur esse communè opinionem, & idem scripsit Mascard. in d. conclus. 1094. nu. 8. & 9.

Declaratur primò ut locum habeat hæc præsumptio quoad ea, quæ gesta sunt coram ipso notario. Nam de illis notario creditur, sed secus esse de gestis ab ipso meto notario. Ita Iaf. in l. annu mente, num. 4. C. de transac. & in consil. 62. nu. 3. lib. 1. Aff. decif. 245. n. 7. Marf. in sing. 272. Paris. in consil. 46. num. 8. & in consil. 5. n. 6. lib. 3. Boer. quæst. 23. num. 73. Crau. in consil. 88. num. 20. & in consil. 240. num. 2. Exemplum asseri solet in notario attestante testatorem fuisse sanæ mentis, quando testamentum confecit. Ita quoque attestari non potest de gestis ab alijs, ut decidit Aff. vbi supra. Ita quoque non creditur notario asserenti in instrumento aliquem abesse à civitate, ut respondit Crauet. in d. consil. 88. num. 20. alia exempla sciens omitto.

Declaratur secundò, ut non procedat hæc præsumptio quoad commissionem, & mandatum ipsi notario factum, ut puta, si mandatū ei fuit, quod examinet testes. Nō. n. de ea commissione potest ipse notarius esse rogatus. Ita Bal. in l. iudices, in fi. C. de instr. Barb. in consil. 118. in fi. lib. 3. Dec. in consil. 42. nu. 5. qui respondit de commissione facta Notario accedendi ad confines, & eos deterrimandi, & simili in casu idem Dec. in consil. 159. num. 8. & in c. quoniam contra, nu. 45. de prob. Ruin. in consil. 68. n. 17. in consil. 69. n. 10. & in consil. 89. n. 6. & 7. li. 1. & idem respondit Paris. in consil. 61. n. 7. lib. 4.

19 Hæc tamen declaratio locum non habet, quoad executionem ipsius commissionis, pro qua ei adhiberi debet fides. Ita Dec. in d. conf. 42. n. 5. post Bal. in d. l. iudices.

20 Et rursus non habet locum hæc declaratio, quando ex stylo curiæ adhiberi solet fides Notario de commissione sibi facta, sicuti de stylo Rotæ Romanæ attestatur Verallus in decif. 266. in 2. p.

21 Declaratur tertio, ut locum non habeat hæc præsumptio, quando aliter reperitur scriptum in originali, quam in authentico. Nam tunc non creditur Notario, quod Authentico standum sit. Ita respondi in consilio 43. num. 2.

Declaratur quarto, ut locum non habeat extra iurisdictionem eius, qui Notarium ipsum creavit. Ita post alios R. in. in conf. 62. col. 3. lib. 3. Boer. in q. 242. & Masc. in concl. 1094. in fi.

*Instrumenti exemplationem à Notario solemniter factam præsumi.*

*S V M M A R I V M.*

1 Instrumenti exemplationem ritè, & solemniter factam à Notario, cur non præsumatur. Id autem ob temporis antiquitatem non procedere, num. 2.

Et quod sit illud tempus antiquum, n. 3.

*P R A E S V M P T. LXXX.*

Non est incongruus hic locus, ut differamus, quando de exemplatione instrumenti facta à Notario, præsumatur solemniter facta. Quia in re pro regula constituendum est, hæc exemplationem non præsumi ritè, & solemniter factam, cum sit solennitas extrinseca, quæ nõ præsumitur adhibita in actu, l. quecunque. §. vlt. ff. de publicia. in rem actio, & multis com. probabimus subsequè. in li. præsumpt. 68. ubi explicabimus, quando præsumatur solennitas extrinseca.

2 Declaratur primò non habere locum ob temporis antiquitatem, & diuturnitatem. Nam tunc exemplatio præsumitur à Notario solemniter facta, ut puta, vocata parte, & alijs seruatis quæ seruari solent. Ita Hosti. lo. And. Butr. Bald. Are. Guido Pap. Cor. Iaf. & Dec. quos recenset, & sequitur Crau. in tract. de antiquo. temporu, in 3. par. principali, in 1. part. quæ incipit, vidimus. num. 12. & illis accedunt Corn. in consil. 158. col. 2. Florianus in l. 2. ff. de fide instrum. Alexand. in consilio 50. col. 2. lib. 5. & in consil. 101. col. 1. lib. 7. Soe. Sen. in consil. 187. lib. 2. Afflic. in decif. 378. num. 6. Boer. in quest. 281. num. 15. Paris. in consil. 104. num. 43. li. 2. Moderni Paris. in commentar. ad consuetudines Parisenses, tit. 1. §. 5. num. 59. & Didac. practicarum quæstionum, ca. 21. num. 6. ver. sed & propter. Quod autem tempus antiquum hoc in casu dici debeat, explicat Crauet. & Did. præcitat. in locis.

*Notarius quando præsumatur rogatus de eo instrumento, quod conscriptum ab eo apparet, diligenter explicatur.*

*S V M M A R I V M.*

1 Notarius in dubio de instrumento conscripto, non præsumitur rogatus. Et quæ sit ratio, n. 2. & 3.

2 Facta præsumuntur, cum solita sunt fieri, & quomodo. numero 6.

3 Notarium de instrumento rogatum præsumi, malè descendunt aliqui.

4 Notarium rogatum de instrumento præsumitur, ubi aliqua extarent eius rei coniectura, quæ autè sint illæ coniecturæ, n. 8.

10. 11. 12. & alijs seq.

Ab hac tamen opinione dissentit Bald. n. 13.

Publicatio instrumenti facta à Notario, includit rogatum.

15 Signum Tabellionis appositum significat actum à partibus per factum, & absolutum.

16 Notarium de instrumento rogatum ex coniecturis præsumi verum est, si penes ipsum reperitur, secus si vel apud alteram ex contrahentibus partem, vel personam aliam priuatam, & num. 17. 18.

*P R A E S V M P T. LXXXI.*

Dubitari sæpè contingit, an & quando Notarius præsumatur rogatus conficere instrumentum, quod conscriptum reperitur. Quia in re statuenda est nobis illa iuris sententia, quæ, & crebrior, & verior est, in dubio, Notarium non præsumi rogatum. Ita equidem scripsit Inn. in c. 1. n. 7. de fide instr. qui ob id docuit, quod si mortuus esset ipse Notarius, vel viuens non recordaretur se de eo rogatum, non posset illa scriptura in publicam formam redigi. Cum Innoc. referunt Barto. in l. si quis ex argent. §. si initium. in 2. lect. nume. 29. ff. de ede. & in l. sciendum, nu. 1. ff. de verb. oblig. & ibid. Angel. Imol. & Alex. eo etiam loci hæc esse communem asseruit Iaf. nu. 40. et si ipse (vt infra referam) dissentiat. His accedunt Ang. in consil. 220. nu. 1. in consil. 275. nu. 2. & in consil. 400. n. 3. Alber. in Rubr. C. de fid. instr. in fin. Butr. in c. 1. col. 3. de fid. instr. Alex. in consil. 253. nu. 9. lib. 2. & in consil. 48. n. 4. lib. 5. Corn. in consil. 70. n. 4. lib. 4. Thom. Fastoli c. seu decif. 1. in 2. dub. Hanc esse communem asseruit Dec. in c. 1. nu. 20. de fid. instr. & Boer. q. 35. col. vlt. Eandem probatur Paris. in consil. 104. n. 72. lib. 1. in consil. 27. n. 17. consil. 28. n. 52. lib. 2. & Rol. in consil. 44. n. 26. & n. 42. lib. 1. Neu. consil. 26. n. 41. Rub. in consil. 14. n. 2. Rini. Iun. in l. si emancipati, n. 55. C. de collat. Cephal. in consil. 88. n. 22. li. 1. Masc. in concl. 1097. n. 1.

Primò ea ratione, atque argumento hi mouentur, quod ea, quæ sunt solennitatis extrinseca non præsumuntur, l. quecunque. §. vlt. ff. de publicia. in rem actio. Atqui quod Notarius rogatus sit, extrinseca solennitatis est. Ergo Notarius rogatus non præsumitur. Nec huic satis solidæ argumentationi officit, si dicatur, imò solennitatem extrinsecam præsumi, vt multis probat Alber. in Rub. C. de fid. instr. col. vlt. qui ad l. quecunque. §. vlt. respondet procedere favore pupilli. Nam respondeatur receptam, & veram esse sententiam, quod imò extrinseca solennitas non præsumitur, sicuti scribunt ferè oēs in l. sciendum, de verb. oblig. & abundè explicauimus supra. Non etiam repugnat, quod saltem solennitas extrinseca præsumatur ob probatam personam exercentis actum. Ita docuit Abb. in c. fraternitatis, in fi. de testibus, & attest. & clarius in c. nisi essent, n. 3. de preben. cum inquit clericum ordinatum ab Episcopo optima, probataque vita, præsumi solemniter ordinatum, & subiungit, quod ob id nonnunquam (ita enim in codice Abb. qui corruptè circumfertur, legendum est) solennitas extrinseca præsumitur ob probatam personam. Notarium autem esse personam probatæ vite, cum è publico probatus sit, vt alias diximus. Hinc Did. lib. pract. quæst. ca. 19. nu. 5. scribit, in famem notarium esse non posse. Boer. q. 222. n. 8. Non, inquam, hæc consideratio repugnat, quando quidem Abbas traditiones procedunt, & intelliguntur cū de modico præiudicio agitur, ita declarat Ioa. Crot. in l. sciendum, n. 18. de verb. oblig. & scripsi supra. Cum ergo nostro in casu maximum versetur præiudicium, nempe de fide adhibenda scripturæ, dicendum est, hanc rogatus solennitatem extrinsecam non præsumi.

Secundò adfertur ratio hæc, quod rogatus non est quid iuris, sed quid facti, vt re ipsa constat. Atqui ea, quæ facti sunt nõ præsumuntur, in bello, §. facte. ff. de cap. & postlim.

lim. reuert. Ergo notarius non præsumitur rogatus. Hoc argumento in spē vsus est Ang. in consil. 220. num. 1. Nec obstat, quod facta præsumuntur, cum solita sunt fieri, l. vlt. ad fi. de fideiuss. & in specie scribunt Bald. in Rubr. C. de fide instr. nu. 8. & Iaf. in l. sciendum, col. r. ver. responde melius de verb. obligat. Nam huic obiectioni infra satisfaciam.

Tertio allegatur tex. l. vlt. §. si autem dubius. in fin. C. de iur. delib. in illis verbis, & iubente eo Tabularium pro se scribere. Et eo loci Alb. nu. 1. in fin. in specie annotauit tex. hunc in hanc ipsam sententiam.

Verum (vt dicam quod sentio) nil ad rem confert hic locus. Siquidem hæc duo sunt separata, quod Notarius debeat esse rogatus, & quod rogatus præsumatur. Non enim dubium est, quin rogatus esse debeat. §. nos autè, in Auth. de Tabell. Et ob id dicimus, Notarium nil penitus ex suo capite scribere vel posse, vel debere, sicuti multis probam in consil. 37. num. 105. & tradunt Affl. decif. 245. nu. 7. in fi. & Boer. q. 35. n. 1. & 2. Hoc casu loquitur tex. d. §. si autem, dubius. cum vult, Notarium conscribentem inuentarium, id facere debere rogante hærede. Nos autem disputamus, an præsumatur Notarius rogatus (præsupponimus enim rogatum esse necessarium cum disputamus, an præsumatur.) Atque ita sentit gl. in d. §. nos autem, Bart. in d. l. si quis ex argentar. §. si initium. 2. lect. nu. 29. ff. de eden. Iaf. in d. l. sciendum, nu. 40. de verb. oblig. dum ante omnia præsupponunt, Notarium debere esse rogatum, deinde, disputat, an Notarius præsumatur rogatus scripsisse, quod scriptum reperitur. Hæc itaque recepta, & vera iuris sententia, rectius fulcitur duobus illis iam relatis priore loco, argum.

Contrariam ergo opinionem, quod scilicet in dubio Notarius præsumatur rogatus, malè firmanunt Accurs. & Iac. Beluis. in §. nos. in Auth. de Tabell. Spec. in tit. de instr. edit. §. 1. nu. 44. Et idem sentit cum his vno ver. Bar. in l. Domitius, nu. 2. ff. de testa. Bald. in consil. 158. si inuenitur, in fi. lib. 2. idem Bal. in Auth. rogati. C. de testibus, & ibid. Sal. col. 1. ver. fortius facit. idem Bald. in Rubr. C. de fid. instr. nu. 8. & in l. 1. nu. 18. C. de fid. instr. & iur. hasta fisc. lib. 10. Bellam. decif. 267. Capel. Thol. q. 83. Aret. in l. sciendum, n. 15. ver. aduerte. ff. de verb. oblig. & ibid. Iaf. nu. 40. & Christoph. Casteln. 26. & Butigela nu. 59. & Dec. in consil. 11. num. 17. ver. & ista conclusio. Ant. de Prato veteri inter consil. Alex. consil. 73. nu. 7. lib. 1. & Paris. in consil. 104. nu. 73. lib. 1.

Primò mouetur Accurs. in d. §. nos autem, argumento ducto à simili, ex text. in §. si ita scriptum, Inst. de inutil. stip. & §. vlt. Inst. de fideiuss.

Secundò ea ratione alij vtuntur, quod Notarius scribere nil potest tanquam Notarius, nisi à partibus rogatus sit, d. §. nos autem, in Auth. de Tabel. & diximus supra. Atqui Notario fides adhibetur, cū sit persona publicè approbata, vt clarum est. Ergo cum Notarius ait se scripsisse, præsumendum est, quod rogatus scriperit, ne alias malè & contra officium suum aliquid egisse videatur, in extra ea quæ scripsi in consil. 37. n. 108. & in specie ita considerat Card. Zab. in consil. 133. col. 2. ver. item pro hoc. Et confirmat Iaf. in d. l. sciendum, nu. 40. ver. quid tenendum, de verb. oblig. cum scripsit, quod sicuti Notarius præsumitur rogatus, quando dixit, publicauit, ita etiam debemus dicere quod rogatus præsumitur, si dixit se scripsisse, ex quo semper vt Notarius id egisse dicitur.

Verum hæc argumentatio egreditur terminos nostre disputationis, quæ quidem illa est, quando nulla extat coniectura, qua dicere possimus hunc notarium fuisse rogatum. Atqui dicere, se vt notarium scripsisse, significat, se rogatum, quia si rogatus nõ esset, tanquam priuatus diceretur scripsisse. Et hoc apertius constat ex ratione qua vsus est Iafon, contra quæ illa probè retorqueri potest. Et in specie nostra ita etiam considerat Dec. in c. 1.

num. 20. de fide instr. post Alex. in consil. 48. num. 4. lib. 5.

Tertio adfertur hoc argumentum, Notarius nõ consuevit scribere nisi rogatus, iuxta d. §. nos autem. Atqui solitus scribere si scribit, ob vim illius consuetudinis præsumitur scribere, l. vel vniuersorum. ff. de pign. actio. & l. Titianus. ff. quod cum eo, & simili in casu de argentario, & similibus, quorum officium est scribere, docuit Bar. in l. 1. n. 5. C. de eden. Ergo præsumitur, quod notarius id rogatus scriperit. Accedit, quod factum præsumitur id quod fieri consuevit, l. vltim. C. de fideiuss. Ita in specie Bald. considerat in rubr. C. de fide instrum. num. 8. Cæterum facillè responderi potest, quod tunc demum ita præsumitur factum, vt consuevit fieri, si fit in vim illius consuetudinis, si enim notarius scribit tanquam notarius, tunc præsumitur rogatus, quia aliter scribere notarius nõ consuevit, sed hæc non est nostra disceptatio, de eo enim contendimus, qui potuit scribere vt notarius & vt priuatus, cum ignoretur quomodo scriperit, nos dicimus non scripsisse vt notarium, cū de rogatu qui extrinsecè solennitatis est, non appareat. Nec obstat ille tex. d. l. vlt. C. de fideiuss. quia non probat considerationem illam Bal. sicuti aduertit post alios Rim. Iun. in d. l. si emancipati, nu. 56. C. de coll.

Quartò mouetur Bal. in rubr. C. de fide instr. nu. 8. ea ratione, quod ob artis peritiam solennitas adhibita præsumitur in actu gesto, ex l. 1. C. de vsuris. At notarius peritus præsumitur cum talis approbatus sit, & in specie respondi in consil. 37. Ergo præsumitur, quod rogatus scriperit. Eadem responsione, qua vsi sumus supra cofutari potest hæc argum. nos. si disputare, quando verè ignoramus, an confecta scriptura fuerit scripta tanquam à notario, vel tanquam à priuato. Et dicimus, non præsumi scriptam vt à notario, ex quo de rogatu non constat, nec aliqua extat coniectura, qua dicere possimus eum ex speciali quadam sui persona scripsisse.

Quintò hoc argumento vsus est Iafon in d. l. sciendum, nu. 40. in fine de verbor. oblig. argumentari licet in hac materia à teste ad notarium, cum testis ita rogandus sit vt notarius, cum de subscriptione ab ipso teste facienda agitur. autem. rogati. C. de testibus. & ibi Baldus, & ceteri. Atqui quando testis subscripsit instrumento, præsumitur, quod rogatus scriperit, ita docuit Bart. in d. l. sciendum. & ibi ceteri secuti sunt, idem Bart. in l. Domitius. ff. de testam. Ergo multo magis rogatus præsumitur notarius, qui est persona publica, cuius maior fides adhibetur. Cæterum satisfacit huic obiectioni, ipsemet Iafon in d. l. sciendum, nu. 40. in fine. cum ait, & rectè, Bartolum loqui de teste, qui subscripsit præsentibus partibus, scientibusque, vel testatore præsentem scientemque ob id rogatus præsumitur. Nos verò loquimur cū scriptura ita simpliciter à notario scripta reperitur, & ignoratur, an præsentibus scientibusque partibus conscripta fuerit, si enim constaret notarium scripsisse præsentibus contrahentibus, & actum fuisse perfectum præsumeretur rogatus à contrahentibus ipsis, sicuti in teste diximus. Et in specie respondit Dec. in consil. 11. nu. 17. ver. quinto, quod notarij. His manifestè constat illam magis receptam Innocentij sententiam esse veram. Quocirca si reperitur aliqua scriptura manu notarij conscripta extra tamen eius protocollum, releuari, seu redigi in publicam formam non poterit, id quod in specie respondit Ang. in d. conf. 220. & in consil. 275. & alij plures ex supra relatis, præsertim Dec. in d. c. 1. col. 5. de fid. instr. & accedunt Cagn. in l. si librarius. nu. 26. de reg. iur. & Marchabr. in consil. 88. num. 9. & 10.

Receditur à præsumptione hac, quando in contrarium extat aliqua coniectura, quæ significat notarium fuisse rogatum, coniecturæ hæc plures considerari possunt.

Prima est, cū scriptum reperitur, quod notarius dixit se illud instrumentum publicasse. Nam tunc præsumitur, Tomus Primus, Q. 2. tur,